Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.
Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej
Rękopis Biblioteki Uniwersytetu w Lipsku „Albertina” 951b, k. 119v–120v
Odczyt: Maciej Mikuła
Artykuł 105 [Gn. 100]

[105 § *1]* De eo. Nunc attendatis super eo, si advocatus aliquem impedierit in sua querela et sibi iusticiam non fecerit.

Nunc attendatis super eo, si advocatus aliquem impedierit in sua pena querela et sibi iusticiam *[|]* non fecerit, et hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut advocato inpulsatus fuerit cum testibus, extunc ipsum cum testibus evadere oportet *[a]*.

[105 § *2]* De eo. Cum qualicumque testimonio super iudicem querulatum fuerit.

De eo. Cum qualicumque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum iudicem testimonio evadere oportebit, sive sint scabini aut alii stantes iudicio. Sin autem hoc coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius vinci potest testibus iure, quam *[k. 120]* ipse cum testibus evadere possit. Si autem vir cedere voluerit a testimonio et ipsum inculpare pro suo scitu, de quo unica manu evadere possit.

[105 § *3]* De eo. Quando querimonia coram advocato super ipsum facta fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod ibi sit iudicium bannitum, quia ipsum oportet ibi esse presentem, nisi legale impedimentum ipsum occupaverit. Quod impedimentum statim probare oportet. Si hoc non ostenderit[b] *[|]* et non nominaverit, et hoc per iusticiam facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se ad iusticiam exhibere debet], extunc condempnatur ab advocato in decem talentis idem advocatus et illi suum debitum, de quo negavit, facere iusticiam, et medio quo ille non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, tunc nullus iudex esse potest, nisi se ex hac culpa eximerit, secundum ut est promissum *[a]*.

[105 § *4]* De eo. Sin autem pro facto criminali pro quo iudicium facere recusavit.

De eo. Sin autem pro facto criminali, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro homicidio, *[k. 120v]* aut vulneribus, aut furtu, aut spolio, aut ecclesie violent[i]a, aut incendia, aut hiis similia *[s]*, que crimina capitalia tanguntur, idem iudicium super eundem ire debet, quod super illum ire debuerat, pro eo nec recompensa, nec aliquid facere potest, si in hiis vincitur, ut iuris est *[a]*.

[105 § *5]* De eo. Sin autem unus vir pro debito in captivitatem publicam deductus fuerit.

De eo. Sin autem unus vir pro debito in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum amiserit aut si evaserit absque sua culpa aut negligencia pro crimine, *[|]* quod transit ad collum, pro eo solvet integram recompensam. Sin autem pro manu, tunc ⊢t[c]⊣ mediam solvit recompensam, et hoc ipsum iuramento probare oportet tacto sacramento, si sibi parcere noluerit, quod ipsum absque omni sua culpa amiserit. Integra recompensa facit decem et octo talenta, media recompensa facit novem talenta.

[a] *bliżej nieokreślony znak, niewykluczone* etc.*;* [b] *poniżej dopisane* di*;* [c] *skreślone ręką autora podstawy*

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]